

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Specimen Continens Capvt Ivis Controversvm De Servitvte Fvndo Vsvfrvctuario
Imposita**

Lipsiae: Ex Officina Langenhemia, [1767?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870659480>

Druck Freier  Zugang






K. K. — 1 (49.)

57 Nüd 8

H. Breunigii Dissertationes
et Programmata.

XLIX.



51
47

SPECIMEN
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
SERVITVTE FVNDO
VSVFRVCTVARIO IMPOSITA

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO


DIE XIII. IVNII ANNO CIDIQGLXVII.

PVBLICE DEFENDET

TRAVGOTT LEBERECHT WEHNER

ROTHENBVRG. LVSAT.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA





DE
SERVITVTE
FVNDO VSVFRVCTVARIO
IMPOSITA.



§. I.

Sunt varia Iuris ciuilis veterisque Iurisprudentiae capita, in quibus explicandis desudauit recentiorum ad eo eruditissimorum diligentia, et nec constat, an, quae ad illa explicanda illustrandaque capita excogitauerant, compilauerant, conscriperant, ad veterum ICtorum verum sensum accedant. Saepe enim probata aliqua primum in-

A 2 ter-



terpretatione a docto homine proleta, post, ne dicam doctior, saltem alius superuenit, cui nouae superueniunt difficultates, quibus efficitur, vt quae antea scripta, recte pro non scriptis habeantur. Inde tot interpretationes, tot emendationes fragmentorum veteris Iurisprudentiae originem ceperunt, quibus tamen omnibus perlectis semper aliquid supereft, in quo ingenium exerceas, Ita est comparatum cum diffcili illo capite de Seruitute fundo vſufructuariio imposta, ex L. 15. §. fn. et L. 16. ff. de vſufr. Cum libelli breuitas non permittat Commentarium, quasdam tantum ad eam causam adiiciamus animaduersiones.

§. II.

Scilicet quaesitum est, si vni proprietas fundi, alteri vſuſructus competit, an proprietario liceat in eo fundo vſuſructuario tertio cuidam seruitutem constituere. Et sane negat VLPIANVS in L. 15. §. vlt. ff. de Vſufr. Proprietatis dominus ne quidem consentiente vſuſructuario seruitutem fundo vſuſructuario imponere potest. Limitat PAVLVS in L. 16. eod. nisi qua deterior fructuarii conditio non fiat. Ita sane Florentiae scriptum.

§. III.

Haud nego, paradoxam videri VLPIANI opinionem, cum alias cuius suo renunciare liceat iuri, imo ipsi vſuſructuario prohibitum lege non sit, proprietario totum vſumfructum cedere, quidni vſuſructus partem remittere possit ipse vſuſructarius, quo alteri seruitus alia constitui a proprietario possit. Ita sane primo obtutu videtur. Quare non miror LVDOVICI in Doctr. Pandect. L. VIII. T. IV. §. 2. pro vt eius est mos, superhabita autoritate iuris et legum, de plano adfirmasse: Ergo etiam proprie-

prietarius (sc. seruitutem constituere potest in fundo usufructuario) consentiente usufructuario, non obstantibus, TRICIS L. 15. §. fin. ff. de usufr. Quasi vero priuato Icto liceret recedere a legis non intellectae dispositione, addita excusatione: TRICAE sunt.

§. IV.

Non transcribam, quas operas impenderunt Critici in corrigendo Vlpiano, cuius fragmentum librariorum incuria corruptum arbitrantur. Satis nobis in hac re sit iudicium *Gerb. NOOTII*, in *Tr. de Usufr. L. I. cap. 15.* qui omnem emendationem superuacuam putat medicinam. Toties enim abstinendum erit a studio emendandi, ne innocentes librarios accusemus per calumniam, quos non peccasse postea apparet, quoties iusta interpretatione sensus fragmenti recte erui potest.

§. V.

Magis ergo laudandi erunt, qui de vera ratione iuris Vlpiani solliciti fuerunt, ex qua verborum, quae per se intellectu facilia sunt fragmenti sensus retinetur. SCHILTERVS in *Exercitat. ad Pand. XVII. §. 44.* reddit rationem propter quam usufructuario consentiente proprietarius seruitutem imponere fundo usufructuario non possit: quia in usufructu eo respiceretur, ut salua rei permaneret substantia. Sed vix tetigisse videtur, cum non de deterioratione rei usufructuariae ab usufructuario sermone sit, sed de eo onere quod proprietarius imponit. STRVVIUS in *Syntagm. Iur. Ciu. Exerc. XII. tb. 19.* contra argumentatur: Cum ad seruitutis constitutionem requiratur, ut quis plenam habeat proprietatem et ut libere statuere possit, at vero usufructuum non posse consentire in seruitutis impositione et retinere

A 3

velle



velle vsumfructum non imminutum, quippe contradictionem in-
volveret. Sed obscura aliquantum videtur ratio, quanquam
non plane erronea ut postea apparebit.

§. VI.

Paulo aliter viam quodammodo ingressus *Elb.* LEONI-
NVS de Vsufruct. Consentit, proprietarium consentiente vſu-
fructuario seruitutem fundo vſufructuario imponere non posse,
at ex hac ratione: nam cum, inquit, seritus praedii liberta-
tem et fructum diminuat, fieri non potest, ut fructus in consti-
tuta seruitute, vel alteri remissa pristinum statum retineat.
Gerh. NOODT. cit. loc. vero hanc habet rationem: quia nihil
faceret consensus eius, qui non haberet proprietatem, quod est
in vſufructuario. Neuter horum videtur satis accurate ratio-
nem definiuisse. *Leoninus* enim non probavit necessitatem, ut
vſusfructus in pristino statu maneat. *Noodius* contra, qui si-
mul ad hoc respicit, quod proprietarius non haberet plenam
proprietatem. At putauerim, consensum vſufructuarii effe-
cturum, ut in hac causa plenam habere proprietatem vi-
deatur.

§. VII.

Tandem explicatione magis contorta verborum fragmen-
tum Vlpianeum explicat REINOLD in *Var. Iur. Ciu. Cap.*
XVI. qui putat, posse utique proprietarium imponere seruitu-
tem, sed eam, per quam fructuarii conditio non fiat deterior.
Huc usque bene. Sed verba *ne quidem consentiente fructuario*
explicat, *quamvis is haud consentiat*, qui verborum sensus esse
nequit. Paulum vero putat scripsisse: *Proprietarium fundo fru-*
ctuario



Quario inuito imponere non posse seruitutem nisi qua deterior fructuarii conditio non fiat. Sed ita peccassent architecti Pandectarum. Tentabimus ergo, an clariorem sensum et rationem eruere queamus.

§. VIII.


Liquidum est, negare Vlpianum proprietario ius constituti seruitutem in fundo usufructuario, nisi et consentiat usufructuarius, et seruitus ipsa constituenda non adficiat usumfructum. Cur vero id nequeat proprietarius, haec mihi videtur causa. Seruitus constituenda aut adficit Usufructum hunc scilicet diminuendo, veluti, seruitus itineris, actus, viae, pastus: aut adficit solam proprietatem, usumfructum haud diminuendo utpote altius non tollendi, ne luminibus officiat. Si seruitus constituenda adficeret usumfructum, eam constitudo, disponeret proprietarius de re aliqua, de qua cum alterius sit, disponendi facultatem non habet. Nec consensus usufructuarii quidquam efficere poterit, quippe qui consentire non potest; consentiendo enim cederet partem ususfructus sui extraneo, nempe ei qui seruitutem acquisitus est. Cedendo vero extraneo nihil agit. Non posset itaque eius consensus efficere, ut tertius acquireret seruitutem, quia in ea esset cessa aliqua ususfructus pars, quam acquirere non posset. Et praeterea seruitus realis non in re ipsa, sed magis in seruitute personali constituta videretur. Contra si seruitus ipsam tantum proprietatem adficiat, cum de sua proprietate libere disponat proprietarius, dubium non est, quin seruitutem tunc recte constituat, consentiens vero usufructuarius non videtur partem sui ususfructus cedere, et si tunc consensus accedit proprietarii et usufructuarii coniunctus, idem est



est, ac si domini pleni consensu constituta seruitus. Diuisum enim est dominium inter proprietarium et vsufructuarium. His rationibus non tantum clarum et Vlpiani caput et Pauli limitatio erit, verum satis appet, fori opinionem, quae eadem, quae Ludouici est, non claris legum verbis tantum, verum etiam iuris rationi refragari.

T A N T V M.





ribaret testator filios, testamentum postea rescindet
ela inofficiosi testamenti, sicque intestatus decede-
, ut ergo id euitaretur, remedium inuentum nonnulli
si inter viuos bona aliis donarent, quo factō si ni-
is supereffet, nihil veniret ad liberos, quibus anti-
at remedium, cum testamentum haud aedeset, do-
ro inter viuos firmae atque irreuocabiles essent, quo
bonis paternis consequi possent liberi. Patet id ex
inoffic. donat. ex verbis: Si, vt allegatis, mater ve-
dendam inofficiosi querelam, pene vniuersas facultati-
um ageret in rebus humanis, factis donationibus siue
liberos, siue in extraneos, exhaustū; caet.

§. IV.

anc ergo fraudem infringendam legi factam, quae
imam constituit, postea introducta est *querela in-*
nationis, qua rescindebatur donatio in fraudem suc-
legitima facta. Argumentum huic iuri introduc-
t *querela inofficiosi testamenti*. Hinc **V A L E R I A**-
L I E N Y S in *L. 2. C. de inoff. donat.* expresse re-
d similitudinem *inofficiosi testamenti querelae auxi-*
quitatis impertiet. Porro **I m p p. D I O C L E T I A**-
X I M I A N V s in *L. 4. C. eod.* hocce remedium ad-
diccas donationes vocant *auxilium ad instar inoffi-*
ciuti. Amplius **I idem** in *L. 6. C. eod.* rescribunt: *De*
donationum ad exemplum inofficiosi testamenti praeses
irisdictionis suae partes exhibebit.

§. V.

batur ergo ab iiis, qui in legitima immodica dona-
tant mortuo parente donatore, facta donatio inter

A 3

viuos.

